

Simon, E. 1896. Descriptions d'arachnides nouveaux de la famille des Clubionidae. Ann. Soc. ent. Belg. 40: 401.

*Carteronius vittiger*, Simon 1896

4. **C. vittiger** sp. nov. ♂ long. 5 mm. — Cephalothorax oblongus, parte cephalica haud impressa, luridus, albo-sericeo-pubes-cens, vittis duabus dentatis lineaque media abbreviata fuscis, notatus, regione oculari infuscata. Abdomen albidum, albo-sericeo pubescens, vittis binis parallelis, in parte basali linea media, in parte apicali puncto lineolisque binis transversis nigris, supra notatum. Chelæ fuscae, laeves, convexae, nec emarginatae nec tuberculatae. Sternum pedesque fulva, tibiis metatarsisque fusco-annulatis, tibiis anticis aculeis 4-4 metatarsis aculeis 2-2 subtus armatis. Pedes-maxillares luridi, tarso fusco; tibia patella longiore, cylindrata et leviter arcuata, apophysi parva, nigra et acuta extus ad apicem armata; tarso longo et arcuato, bulbum multo superante. — Madagascar: Diego-Suarez (C. Alluaud).